

BH MSS
530(8)

Exordium ducendi
aliquem in odium
per invidiam, sicut
optum a vi.

Non dubito pro singulari modestia tua nunquam
eos tibi placuisse, qui vires, quas a natura maximas
traherunt, ad perniciosam potius quam ad salutem
suorum civium converterunt. Quod me facturum
velis, exspecto: inimicus meus detinet me, et quia
viribus corporis prevalet, mortem amittat, si contra
ipsum stetero: dicit se neminem timere, nec dubitat
se manu contra leges causam suam defenditurus.

Nisi tua virtute frangatur improbitas adver-
sari mei, plane video mihi relinquentam esse pa-
triam, in qua et natus sum, et crevit: est quidem
homo molestus, qui, cum sit magnis viribus,
et robusto corpore neminem ferre potest, qui sibi
aliquid neget.

Inimicus meus homo est, qui audacia, et viribus
valet, propterea nec tuam, nec ullius hominum poten-
tiam se timere dicit: cuius ferocem viam retin-
das, timendum est, non solum expedendum esse in
causa mea, sed etiam ne tuam auctoritatem multo
magis contemnat.

Exordium trahendi
invidiam pro
potentia

Magna est inimici mei potentia, et certe multo
major, quam a me sibi resisti possit, nisi quod ipse
minime putat, leges, et iura nostrae civitatis, plus apud
te posse, quam sui amminationes valide vult.

Non puto in civitate libera cuiquam hominum poten-
tiam plusquam iustitia, et leges nostras posse; quamvis
meus adversarius tantum sui sui potentiae confidat,
ut neque iustitiam vestram, neque Rei publicae maiesta-
tem vereatur.

Non possum facere, quin ad te scribam, quam parum faci-
at, atque contemnat dignitatem tuam. Habemus in-
vidias meus, nec tibi amicus, qui adeo immoderate illa
sua potentia utitur, ut neminem dicat nisi in nostra civitate
divere, cui quidquam in re publica defendendum arbitretur.

tur. Illud autem frequenter predicat, se non innotis facere, quam sententias suas, et res de re iudicata.

Quintus Tulius ad me pridie venit, et nulli graviter interminatus est, nisi iure mea sibi certissem: dixit se multas habere manus, et multos gladios. Illud etiam addidit, se plus posse, quam quod eiquisquam possit resistere. Nescio quid omnino facturum sim, si in nostra civitate plus quicquam potentia, quam civitas debeat posse.

Exord. trahendi insidiam per factionem

Mover me plurimum ea factio, quam oritur in urbe nostra, cui mihi occurritur, praefecto erumpet in aliquos magnum malum bonorum civium. Huius autem perditionis quis sit author (etsi putem vos posse multis signis intelligere) tamen aperte cognoscetis ex eo, quem litteris meis ad vos mando: scio tibi multa pollicitum esse, si quid esset, in quo possit officium suum prodesse, sed inestim videas, quae sit hominis huius natura. Id tibi persuasum esse volo, hunc semper actorem sume harum seditionum, quae saepe inter nos sunt agitatae.

Quintus habeo caput est earum factionum, quae rebus nostris tumultuantibus confuunt: Haec res facit sibi animos, quia se multos audaces, et malos viros in confuratione sua habere cognoscat.

Factiones, quae frequenter in urbe nostra excitantur, adeo insolentem fecerunt. Calcidium Narbonensem, ut jam nec Iudices, nec decreta nostrae Rei publicae ferre possit.

Exordium trahendi ad insidiam per diuitias.

Quanta sint opes Labieni non puto vos ignorare, quibus si vel ad Aegyptum, vel amicorum opportunitates crederetur, magnas ego putarem habendas ei gratias: sed cum reperta illis ista res fuerit, ut in iustissimum magistrum futurum sibi praesidium speraret, quam in virtute, videte, quam ratione hunc homi-

nem a nobis amari, defendique conveniat

Masores sunt divitiis inimicorum meorum, quam eis ab aliqua privata potentia contradicere possit. Quis vero sic hęc pestis exoptura, nisi viribus, et arte resistatur, vix neminem puto esse, qui satis potest intelligere.

Vetus proverbium est, crescentibus divitiis vitia crescere: quod si unquam verum fuit, certe nostra etas cum sepe alias, tum hoc tempore maxime certum facit. Vidimus enim in diebus quantum opes Albinii legibus nostris improperaverunt: quę res quanto dedecori nostrę Reip. fuerunt, sapientia vestra si cogitare volueritis, facile iudicavit.

Casus Lentulus, homo locupletissimus est, quod ego certe in partes laudes ejus reponerem, si ad necessarios eius tantas pecunias compararet, sed, cum in perniciem bonorum civium id ab eo factum sit, cogita, quantum apud me gratiam habere ipsum conveniat.

Exord. extrah. di. } Scribo ad te de ira, et audacia, et iracundia, que sis
ad invidiam per } ab eo tutior. Neminem cognosco, qui suo impetu ma-
incontinentiam } gis abutatur; sed illud nimis iniquę fero, quod om-
nia, quę cum magis, quam prudentia sibi aliquando recte ceperunt, non fortiter vult, sed potius virtutis suę videri.

Nollem adversarii magis, ve iracundia, ve libido, ve quędam animi, ac intemperantia, sibi adeo licentię sumeret, ut si aliquando magis feliciter, quam prudenter illa via temeritate sua fecerit, proinde nihil adversus fortunas meas negatum sibi crederet.

Commendam facta Septimii Fabiani, si ea

Postquam

* an
Suetonii?

consilio magis, quam temeritate ministrata essent;
sed cum fortuna sup velit eam deberi gratiam, quae
vix conceditur virtuti, non potum non stomachari
chari, propter eum cum ea re tam sibi iuri attu-
mat, vires alienas.

Si mihi ex sententia obliquet, quod maxime
hoc tempore optaveram, nunquam tanta gratia fu-
rori, et audacis Plabionis habita esset ab iis, qui
nostram Rempublicam gubernant. tibi autem
erit, ne hunc publicum errorem ~~in~~ in iudican-
do de homine isto sequaris, a quo tamen abesse
te pro singulari prudentia tua facile spero.

Exord. m ex
Nobilitate

Quid de moribus hominum, qui nostro tempore
nobites habentur, puto sententiam tuam non multam
a mea discrepare. Scit hoc eorum summam vitium
esse, quod nobilitate supercedunt omnia licere, et nos
certe mediocres homines vix possunt ferre, siquid est
quod eorum libidini refragetur.

Quidam nostrae Civitates nimis videtur mihi sua no-
bilitas inflare: quod ego quidem a nobis ferendum
esse non arbitror, quibus ipsa Resp. se, et Reges suos
commendavit.

Amicus meus paulo elatior est, quam consuetudo
nostrae Civitatis ferat, confidit nimis, ut mihi vide-
tur, rebus gestis, et gloriae suorum maiorem. Noli
quisquam pati, quod ab homine isto vanissimo con-
temnaris.

Quid mihi cum nobilitate huius nostrae status, quae
neque rectum, neque iustum aliquid recognoscit?
Vbi illa humanitas, aut modestia in cives suos apparens?
fuit olim nobilitas rerum gestarum gloria, nunc
vero.

verò nihil aliud est, quàm alièny virtutis factan-
tia, et immoderata quædam dicendi, faciendique
omnia libertas.

Exord. trahendi
in invidiam
per clientelam

Multos homines habet Cornelius qui ipsum colant,
qui ipsum observent, proinde neminem ferè pati
potest, quò obvius sit. Nollem, ut apud vos hujus ho-
mini clientelæ causæ meæ nocerent.

Magnas habet Tribunio clientelas fidei suæ com-
mandatas: timeo causæ meæ, nisi tuo præsidio tutus
sim.

Non vivit hodie quisquam apud nos, qui plures
in clientelam suam assumpserit, quàm C. Decius.
videndum est, ne hæc sua potentia miserorum
causam opprimat.

Multis nostrorum municipum se in clientelam
Trebatii dedeunt, commiseruntque fidei suæ. Nihil
ego iudico esse, quòd illius hominis causam non sint
facturi. Et etiam ipse, ut deis, homo quò plus spei in iis
præsidio, quàm in legibus, posuit.

Exord. trahendi
in invidiam
per hospitium

Domus Octavii semper, ut nosti, potentissimo-
rum hominum hospitio patuit. Ea res hunc ho-
minem multis Principibus Ligurij gratiosum fe-
cit. Vereor ne aliquid mali id mihi apporet. tum
erit docere, quantum plus apud te valeat equitas,
quàm cuiusquam hominis potentia.

Cum multa sunt, quæ causæ meæ perire commodeant,
illud non in postremis numero, quòd adversarii
mei hospites nimis possunt. Semper amicitia eo-
rum iure homo, quantum voluit, usus fuit. Timeo
ne hæc res in magnum aliquod malum, ^{meum} veniat.

Spero te gratia necessitudinis nostræ non deselin-
turum causam meam, et te majori facturum